

**CONSELLO DA CULTURA GALEGA
GALLAECIAE MONUMENTA HISTORICA**

473

1174/08/27. Santiago de Compostela.

Don Pedro Pardo, deán de Santiago de Compostela, dóalle ó mosteiro de Toxos Outos a súa parte na vila de Beade, en S. Vicente de Augas Santas, para que se lle faga un aniversario no mosteiro e recibe “pro robore” un poldro.

B.- Tombo, f. 133rv.

Transcr.- SALVADO MARTÍNEZ, B.- “Tumbo de Toxosoutos...”, doc. n.º 24, pp. 196-197.

Carta domni Petri Pardi, decani quondam compostellani, de villare de Biade.

Fvgax rerum gestarum memoria iterarum uinculis, et cetera. Quod ego Petrus Pardus, Dei gratia compostellane ecclesie decanus, et omnis uox mea vobis abbatii domno Petro et omni conuentu monachorum tocius monasterii Sancti Iusti et omni uoci ipsius monasterii facio scriptum testamenti imperpetuum ualitatum // de quadam mea porcione ipsius villaris qui dicitur Biadi concurrente ad ecclesiam Sancti Vincencii de Aquis Sanctis in monte Luania sub mon^{te}/ Meda discurrentibus fluuiis de Cordario et de Genestoso, et est ipsa mea porcio predicti villaris sexta integra tocius ipsius villaris minus vna octaua; quam meam porcionem integrum quantam ibi habeo tam de ganancia quomodo de auolencia grato animo et bona uoluntate vobis abbatii domno Petro et omni conuentu monachorum Sancti Justi dono et concedo imperpetuum habituram ob remedium anime mee et parentum meorum et ut post mortem meam annuatim faciatis pro mea anima anniuersarium ad tertium diem post festum Omnium Sanctorum, et dedistis mihi in robore istius testamenti vnum pultrum qui mihi satis complacuit. Abhinc ipsa mea porcio predicti villaris, scilicet sexta una minus vna octaua, de nostro jure et dominio sit abrasa uestrique iuri et dominio sit tradita atque confirmata cum casis et casalibus, cum terris cultis et in cultis, cum exitibus et regressibus, cum cortinis, et cetera, et cum omnibus suis directuris eidem villari pertinentibus tam intus quam extra per suos terminos et loca antiqua sicut ab antiquo diuisa et determinata est et cum quanto aрестitum hominis hominis est. Habete illam, possidete, uendite, donate atque ex ea omne uelle uestrum facite per cuncta seculorum secula, amen.

Siquis mihi propinquus uel extraneus qui contra hoc scriptum testamenti ad irrumpendum uenerit uel uenero quisquis fu^rerit qui talia commiserit quantum calumpniauerit in duplo uel triplo componat et insuper pariat uestre uoci solidos Dos fortis monete persoluat; et hoc scriptum semper sit firmum.

Facto scripto testamenti die VI^o kalendas septembbris, era M CC^a XII^a.

Ego decanus dominus Petrus Pardus in hoc scripto testamenti manus meas. (*Monogramma: PETRVS PARDUS*).

Q. p. f.: Petrus, ts. Johannes, ts. Pelagius, ts. Petrus, Dei gratia ecclesie decanus, conf. Ego Petrus Stephani, archidiaconus, conf. Ego archidiaconus Pelagius de Lauro, conf. Magister Petrus, cardinalis, conf. Johannes, cardinalis, conf. Johannes Gotefrei, canonicus, conf. Ordonius, capellanus, conf. Damitenus, conf. Guilem de Luania, conf.

Petrus Fernandi Scriptor, compostellani concilii notarius, proprio signo suo, conf.

